

Scientia Sanctorum

Collecta Ex Meditationibus Ludovici De Ponte, Joannis Busaei, Joan.
Suffren, Juliani Hayneufve, Et Antonii Gaudier, &c. E Societate Jesu, In
Dominicas, Festa & ferias totius Anni digesta. Cum Indicibus duobus. I. In
singulos dies. II. Ad Exercitia Spiritualia

Puente, Luis de la
Dilingæ, 1685

5. Aliis mulieribus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60588](#)

git ijs quos Deus novit ex nomine. Magdalena vicissim verbum verbo reddit, *Rabboni*: Magister mi! vocabulo aliàs ei usitato compellat: ideo etiam, quod ipsam tunc complesset scientia sui Magister bonus.

Accedit ad pedes; sed prohibetur tangere: docetur jam non agendum, ut aliàs, quando mortalis inter homines versabatur. Amor non minuat reverentiam majestatis. Repellitur etiam ob imperfectionem fidem: nam rationem reddit: *Nondum enim ascendi ad Patrem meum*: hoc est, apud te existimor qualis antea fui: non iam, ut glorificatus, & mox ad Patrem ascensurus.

Jubet renuntiare Apostolis: *Ascendo ad Patrem meum, & Patrem vestrum; Deum meum, & Deum vestrum.* O, amica salutatio! Pater meus per naturam, vester per adoptionem, Deus meus unitate essentiæ, vester unione charitatis.

MEDITATIO V.

Apparet alijs mulieribus.

PUNCTUM PRIMUM.

Magdalena ad sepulchrum remanente, reliquæ mulieres festinarunt renuntiare Apostolis, quæ viderant, nempe Christum in sepulchro non esse, & visionem Angelorum. Inter ea

terea Magdalena, cùm vidisset Domintum, læta properavit, assecuta est socias (ut quidam probabiliter putant) quas accedit desiderio vivendi Christum, narratione apparationis sibi factæ Christus ergo sedulitatem illarum, adeundo sepulchrum, & excitatum in eis desiderium, uti est bonus, frustrare noluit, simûlque progradientibus, ac de ipso loquentibus exhibuit sese, ita salutans : *Avere* : & quia verbum ejus est efficax, impertijt quod eis precabatur, verum cordis gaudium & pacem ; tale precatus Gabriel Mariæ : *Ave gratia plena*. Nimirum benedictio illa, quam inchoavit Incarnationis, consummavit Resurrectio. Disce, quod Deus, studiosè, & perseveranter ipsum desiderantibus tandem se præbet. Opta tibi illud *Ave, à Domino*.

PUNCTUM II.

Accedentes mulieres tenuerunt pedes ejus, Mulieres & adoraverunt eum : summa reverentia rum recesserunt, & ita permisæ sunt tangere, & osculari, ac pro studio, quod voluerant Dominum in sepulchro ungere, & ipsæ unctæ sunt oleo lætitiae & exultationis à Domino,

PUNCTUM III.

Tunc ait illis Iesus : *Nolite timere : ite, nun-* Matt.
tiate fratribus meis, ut eant in Galilaam, 28. 10.
Hbi me videbunt. Idem prorsus Angeli monue-
M 2 *tunt :*

runt: sic solet Deus servorum suorum astruere
 Jubentur dicta. Jubet in Galilæam ire, ut in locum quie-
 ire in tiorem, quo melius ipsius præsentia fruantur.
Galilæ- Ita, licet inter distractiones occupationum o-
 am. stendat se aliquando nobis, oportet captare ta-
 men secessum quietum: id etiam monet voca-
 buli notio. Nam Galilæa significat transmigra-
 tionem, quæ debet fieri & à vitijs & à tumultu,
 ut videatur Deus.

Dulce autem quod fratres vocat: non ita An-
 gelos, quia non hos, sed semen Abrahæ appre-
 hendit, homo factus, non Angelus. O, sim
 etiam frater similitudine virtutis & sanctitatis!
 Dicito mihi Iesu, frater meus es, & fac quod
 dicis, ut sim verè.

MEDITATIO VI.

*Petrus & Joannes adeunt sepulchrum,
 & apparet Dominus Petro.*

PUNCTUM PRIMUM.

Mulieres nuntiant Apostolis lugentibus &
 flentibus, & non crediderunt illis: *sed vi-*
Luc. 24
11. *sa sunt quasi deliramenta.* Tam ægrè homo
 Fides avellitur à sensibus: quamvis prædixisset Do-
 quām minus Resurrectionem suam, & Lazarum at-
 difficilis que alios ab ipso resuscitatos vidissent Aposto-
 li, totque alia miracula; tamen hærerent. Ex-
 trema vitanda sunt, levitas credendi, & duri-
 ties: